

νὰ ἔκδιδωσι διαταγάς, ἐπὶ τῶν ἐμπορευμάτων, καὶ ἐπὶ ζημίᾳ τῶν Βενετῶν. 1339, Ἰουλίου 29.

## 13

Περὶ διατηρήσεως τῶν εἰσφορῶν τῶν δουλοπαροίκων, τὰς ὁποίας δικαιοῦται νὰ λαμβάνῃ ἡ Κοινότης Βενετίας ἐν Κρήτῃ. Διὰ τοῦ θεσπίσματος διαγράφεται ὁ τρόπος τῆς βεβαιώσεως τῶν ὀφειλούμένων ὑπὸ τῶν δουλοπαροίκων καὶ ἡ καταγραφὴ αὐτῶν κατὰ διαμερίσματα, ὑπὸ εἰδικῆς ἐπιτροπῆς καὶ ὑπευθύνως ὑπὸ τῶν κατὰ τόπους ἀρχῶν, ἡ ἀμοιβὴ τῶν ταμιῶν διὰ τὴν πρόσθετον ταύτην ὑπηρεσίαν καὶ ἐν γένει πάντα τὰ ἀφορῶντα τοὺς δουλοπαροίκους, ὅπως μὴ δύνανται νὰ κυκλοφορῶσιν ἐλευθέρως ἀπὸ διαμερίσματος εἰς διαμέρισμα τῆς νήσου χωρὶς νὰ λαμβάνωσιν γνῶσιν προηγουμένως αἱ πρὸς τοῦτο ἐντεταλμέναι ἀρχαί. 1339, Αὐγούστου 3.

F<sup>o</sup> 56r № 476. Millesimo trecentesimo XXXIX, die tercio Augusti.

1

Capta. Cum pro honore nostre dominationis manutenende sint rationes quas commune nostrum habet in Creta quoquo modo honesto et per consequens taliter operandum quod in dispersionem non uadant ut cotidie uadunt sicut per litteras duche et consiliariorum nuper habuimus. Ideo consulunt sapientes predicti quod scribatur dictis duche et consiliarijs Crete quod illis duobus superstantibus qui ad presens sunt ad inquirendum rationes quas Commune nostrum predictum habet supra rusticos deputentur omnia sexteria, uidelicet tria pro unoquoque ipsorum. Et nunc in isto principio debeat et teneatur unus camerariorum Crete projectis texeris inter se, uidelicet ille, cui aduenerit texera ire cum ambobus predictis superstantibus per duo sexteria et ad casalia et castra et scriba similiter illius castri, in cuius partibus erunt ad inquirendum et inuestigandum omnes rusticos qui sunt reddentes communi, uel soluere debent quoquomodo. Et ut tales rustici melius ualeant reperiri, teneantur curatores siue gastaldiones dictorum casalium per sacramentum et sub illa pena que eis uidebitur imponenda, exprimere predictis camerario et superstantibus omnes illos qui consueti soluere sunt et racionabiliter soluere tenentur. Et si quos reperierint, de quibus esset aliqua difecta, uidelicet quod dicerent ad huiusmodi solucionem non teneri, in scriptis poni faciant per se, de quibus postea determinetur sic hactenus est obseruatum. Et reliquos de quibus non essent aliqua difecta uel obscuritas poni faciant in scriptis et in catasticis ordinate et distinete taliter quod semper ualeant reperiri, uidentes a tamen ad cautelam, scripturas si que essent super hoc tam in Candida quam in Sithia, quibus duobus sexterijs quesitis et temptatis per modum quo dictum est supra, teneatur alius camerarius qui erit secundus per texeras ire per alia duo sexteria et cum predictis superstantibus quirendo et inuestigando de rusticis. Et sic successiue postea tertius ut dictum est supra, donec omnia sexteria diligenter quesita fuerint, quibus omnibus sic peractis teneantur dicti superstantes facere solui in terminis ordinatis id quod soluere debebunt rusticī ante-

5

10

15

20

25



dicti. Et exacto eo quod soluere debebunt teneantur superstantes predicti statim  
 30 de eo quod exegerint facere mentiouem camerarijs prelibatis, qui camerarij eam  
 recipere teneantur. Et propter laborem quem supportauerint et supportabunt ipsi  
 camerarij in loco et ut sint solliciti ad uidendum et examinandum dictas rationes  
 debeant dicti camerarij de toto eo quod ad manus ipsorum peruererit de ratione  
 dictorum rusticorum habere pariter exinde inter omnes de yperperis. Et insuper  
 35 teneantur dicti camerarij ut ad presens faciunt, dare copiam eius quod exegerint  
 de ratione predicta in scriptis in uno quaterno duche et consiliarijs Crete quem  
 quaternum dictus ducha penes se retinere teneatur. Et ut denarij taliter exacti  
 malo modo non subtrahantur per aliquem, teneantur dicti camerarij simul cum  
 duche et consiliariorum Crete singulis annis semel ad minus uidere huius modi  
 40 rationes et quomodo receptio unius anni concordat se cum alio. Nam per istum  
 modum credunt dicti sapientes quod rationes communis conseruabuntur illese et  
 nullo audebit maliciam in hoc committere ullo modo. Et ut nemo ex predictis  
 se ualeat excusari cridetur publice uel aliter ordinetur ut ipsis duche et consi-  
 liarijs Crete melius uidebitur, quod quicumque rusticus recederet de suo sexterio  
 45 uel casali postquam scriptus erit et iret ad habitandum ad aliud sexterium uel  
 casale teneatur infra quindecim dies et sub pena grossorum trium pro quolibet  
 et qualibet uice ire ad suprstantem illius sexterij uel ad camerarios in Candida-  
 si dictus suprastans tunc non esset in terra, ad notificandum eidem quomodo de  
 tali suo sexterio uel casali recessit et iuit ad standum in tale, qua notificatione  
 50 facta teneatur dictus suprastans dicere socio suo quod dictum rusticum de suo  
 libro debeant canzellare; et camerarijs quod ipsum in catasticis debeant reaptare.  
 Et tali modo dominationis nostre intencio obtinebitur et nullus rusticus poterit  
 euadere quin reperiatur. Et ut dicti superstantes legales sint et officium suum  
 legaliter exercere teneantur debeant approbari singulis duobus annis inter ducham  
 55 et consiliarios Crete. Uerum ne officium camerariorum aliquod ex hijs patiatur  
 sinistrum, committatur prefactis duche et consiliarijs quod si eis uidebitur quod  
 propter recessum camērariorum ad eundum ad faciendum predicta, preiudicium  
 superesset officio prelibato camerariorum uel uideretur eis melius aliam uel alias  
 personas propterea destinare. Tunc loco huiusmodi Camerarij mittere debeant  
 60 unam bonam personam et sufficientem uel plures ut eis apparebit cum illa sili-  
 cet prouisione que eisdem uidebitur, que quidem persona uel persone uadant,  
 querant et inuestigent cum dictis suprstantibus per sexteria, sicut de camerarijs  
 superius dictum est. Et in casu quo camerarij non uadant, nil percipient de illis  
 denarijs xxiv de quibus supra mentio facta est, set remaneant firma cetera su-  
 65 prascripta, que et infrascripta similiter dicti ducha et consiliarij seruent et faciant



obseruari, hoc etiam apposito quod singulis duobus annis prefacti ducha et consiliarij premissa omnia faciant innouari. Et si interim aliquid uideretur sibi superinde addendi uel aliud faciendi, id melius debeant per suas litteras declarare ut per nos utiliter in agendis ualeat prouideri.

69

## 14

Παραχωρεῖται ἀδεια εἰς τοὺς ἀδελφοὺς Γεώργιον καὶ Γουΐδωνα ντὰ Κανάλ ποτὲ Καναλέτου νὰ κατοικῶσιν ἐν Χάνδακι καὶ οὐχὶ ἐν Χανίοις, ὑπὸ τὸν ὄρον νὰ διατηρῶσιν, ὅπως τελῶσι τὰς τιμαριωτικάς των ὑποχρεώσεις ἐν Χανίοις, ὑπους, ὅπλα, στρατιώτας, ἄνδρας κτλ. τῇ ἐπινεύσει ὅμως τῶν ρεκτόρων Χανίων. Ἡ χάρις αὕτη παραχωρεῖται παρὰ τὰ διατεταγμένα, καθ' ἄπαντες οἱ ἔχοντες τιμάριον ἐν τῇ περιοχῇ Χανίων ὑποχρεοῦνται νὰ κατοικῶσιν ἐν Χανίοις. 1339, Αὔγουστου 21.

Fo 59<sup>r</sup> № 501. Millesimo trecentesimo XXXIX, die XXI Augusti. 1

Capta. Cum secundum nostras ordinationes omnes habentes feudum in districtu Canee teneantur habitare in dicto districtu et nollens uiri Georgius et Guido de Canali quondam Canaleti a quinque annis citra, per successores acquisuerint certas seruentarias et si deberent ire ad habitandum propterea in Canea grauissimum foret eis, cum a longissimo tempore citra habitent Candide et ibi faciant mercationes et alia facta sua. Uadit pars quod concedatur eisdem quod non obstante dicto mandato, possint habitare in Candida et sint absoluti ab onere habitandi in Canea, ipsis tenentibus in Canea plenam furnitionem pro dictis seruentarijs, de equis, armis, socijs et famulis et alijs opportunis. Et hec gratia sit ad beneplacitum rectorum Canee. Et si consilium etc. 5 10

## 15

Fo 87<sup>r</sup> № 761. Δύνανται νὰ σταλῶσι διὰ πλοίου μεταβαίνοντος εἰς Κρήτην τέσσαρα τόπια ἐριούχου ὑφάσματος (τσόχας) πρὸς χρῆσιν τῆς οἰκογενείας τοῦ δουκὸς Νικολάου ντὲ Πριούλη καὶ ἐν ἀκόμῃ δι' ἐνδυμασίαν των. 1340, Φεβρουαρίου 7.

## 16

Fo 88<sup>r</sup> № 775. Ἐπίσης ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Μπέρτον Γραδενίγον νὰ ἀποστείλῃ εἰς Κρήτην 16 πήχεις ἐρυθροῦ ὑφάσματος καὶ 13 κυανοῦ. 1340, Φεβρουαρίου 14.

## 17

Fo 88<sup>r</sup> № 776. Ὡσαύτως εἰς τὸν Ἰωάννην Μοροζίνην ἐν τόπιον γαλονίων (galoni) ἥτοι παρυφῆς ἐνδύματος (χρυσογάλωνα). 1340, Φεβρουαρίου 14.

